laborem arripui. et quicquid ille mihi
hebraicis verbis expressit. hec ego accito
notario sermonibus latinis exposui.
orationibus vestris mercedem huius o
peris compensabo; Cum gratum vobis
didicero me quod iubere estis dignati
complesse; Explicit prephatio;
Incipit liber tobie.

j. c.

TOBIAS

Ex tribu et civita
te neptalim. que est in su
perioribus galilee supra na
ason post viam que ducit
ad occidentem in sinistro
habens civitatem sephet.
Cum captus esset in diebus
salmanasar regis assyriorum in capti
vitate tamen positus viam veritatis non de
seruit. ita ut omnia que habere poterat.
cotidie cum concaptivis fratribus qui erant
ex eius genere impertiret; Cumque esset iu
nior omnibus in tribu neptalim. nichil
tamen puerile gessit in opere; Denique
cum irent omnes ad vitulos aureos quos
ieroboam fecerat rex israel. hic solus fu
giebat consortia hominum. et pergebat ad
ierusalem. ad templum domini. et ibi adora
bat dominum deum israel. Omnia primitiva
sua et decimas suas fideliter offerens ita
ut in tertio anno proselitis et advenis
ministraret omnem decimationem.
Hec et his similia secundum legem dei pue
rulus observabat; Cum vero factus
fuisset vir. accepit uxorem annam de
tribu sua genuitque ex ea filium nomen
suum imponens ei; Ab infantia timere
deum docuit et abstinere ab omni pecca
to; Igitur cum per captivitatem devenis
set cum uxore sua et filio in civitatem
ninive cum omni tribu sua. et omnes e
derent ex cibis gentilium. iste custo
divit animam suam. et numquam conta
minatus est in escis eorum; Et quoniam memor
fuit domini in toto corde suo. dedit illi
deus gratiam in conspectu salmanasar re
gis. et dedit ei potestatem quocumque
vellet ire. habens libertatem quecumque
facere voluisset; Pergebat enim per omnes
qui erant in captivitate. et monita sa
lutis dabat eis; Cum autem venisset
in rages civitatem medorum. et ex his
quibus honoratus fuerat a rege. habu
isset decem talenta argenti. et cum mul
ta turba generis sui gabelum egente
videret. qui erat ex tribu eius sub chi
rographo dedit illi memoratum pondus
argenti; Post multum vero temporis
mortuo salmanasar rege. cum regna
ret senacherib filius eius pro eo. et filios
israel exosos haberet in conspectu suo.
Tobias pergebat per omnem cognationem
suam et consolabatur eos; Dividebat
que unicuique prout poterat de facul
tatibus suis. Esurientes alebat nudis
que vestimenta prebebat. et mortuis atque
occisis sepulturam sollicitus exhibe
bat. Denique cum reversus esset rex sena
cherib fugiens a iudea plagam quam
circa eum deus fecerat propter blasphemiam
suam et iratus multos occideret ex fi
liis israel. tobias sepeliebat corpora
eorum; At ubi nuntiatum est regi ius
sit eum occidi. et tulit omnem sub
stantiam eius; Tobias vero cum filio suo
et cum uxore sua. fugiens nudus la
tuit. quia multi diligebant eum;
Post dies vero quadraginta quinque occi
derunt regem filii ipsius. et reversus est to
bias ad domum suam; Omnisque facul

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_17/0686
MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG